

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Magistro Bernhardo Bomgartnero Vicensi, amico suo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

natus deterreri, atq; animo frangi, pr̄esertim cum  
hęc exercitatio maximas pariat utilitates. Res est  
per se liberalis & digna tua natura, intelligere hęc  
in uerisibus iungendis musicā. Videtur enim ad has  
humanissimas artes aptus esse, in quibus cū elo-  
quentia, tum poetica inest. Deinde Latini sermonis  
copiam atq; elegantiam adserit: & grammaticus e-  
ris melior, & omnino iudicium acuet hęc exercita-  
tio de omni ratione scribendi. Ego autem ita fla-  
tu, summo studio tibi incumbendum esse in omnia  
quę ad eloquentiam cōducunt: teq; hunc finem tuo  
rum studiorum proponere debere, ut adseras ad  
Rēpublicam dicendi facultatę, quę quale habeat  
ornamentum, facile poteris audire ex patre tuo, ui-  
ro optimo, & prudētissimo. Hoc consilium expo-  
ne preceptorι tuo, & quid decreuerit rescribito.  
Vale, Anno 1533.

Magistro Bernhardo Bomgartnero  
Vlcensi, amico suo.

Quod aliquoties abs te prouocatus amatisimis  
literis hactenus non respondi, uelim te, mi Bernhar-  
de, tantum occupationibus nostris tribuere: quę  
maiores et grauiores hac hyeme fuerūt, quam alias  
unquam. Nam & conuentibus interfuius, & ua-  
rię nos regum legati exercuerunt. Dedi autem hoc  
breue epistolium Iona, ut D. Pontani & meis uer-  
bis

bis tibi gratularetur coniugium. Itaq; bene preca-  
muri tibi, & optamus ut Christus te seruet et guber-  
net, & benedicat ac faueat tuo coniugio, & uniuersi-  
tate. Amamus enim te propter eximiam probi-  
tatem, modestiam, pietatem, & liberaliem doctrinam.  
Illud autem te adhortor, ut memineris coniugium esse mysterium & imaginem societatis quae  
Christo est cum Ecclesia. Quare te coniugis amor  
admonere debet, ut Ecclesiam etiam pari amore, cui  
ius illa est imago, complectaris. quod quidem te facere  
non dubito. Sed duxi tamē hæc scribenda esse, quod  
sciam plerosq; cura rei familiaris à literis abstrahi.  
Te uero in literis retinere dicitur amor Ecclesie,  
eiusq; ingenium tuum magno usui & ornamen-  
to fore. Mitto munus & ymaginam, quod tuæ coniugi  
meis uerbis exhibebis. Precor autem, ut Christus  
nos seruet, & cumulet coelestibus donis. Bene  
et feliciter uale. Pridie Calendas Aprilis, Anno 1536.

Magistro Laurentio Camillo, re-  
ctori scholæ Stendalizæ,

S. D.

In primo Oeconomicorum Aristotelis citatur  
Pythagore dictum: Non esse iniuria adficiendam  
coniugem, quia ab atra uelut supplex marito ad-  
dus est. Fuit enim uetus mos, supplices, quos uoca-  
bant iniurias, sedentes ad aram, petere ueniam, aut

A d defen-